

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2919

Auteur(s) : Robert Bertran [particulier]

Bénéficiaire(s) : Rouen, Saint-Ouen (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1221

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Robert Bertran confirme à l'abbaye Saint-Ouen de Rouen les donations que Robert le Tort et Suzanne, femme de celui-ci, avaient faites pour doter le prieuré de Notre-Dame de Beaumont-en-Auge.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bréard Charles, *Cartulaires de Saint-Ymer en Auge et Bricquebec, publiés avec notices*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard, 1908, Bricquebec, n° 19, p. 205-207.

Texte établi d'après a

Erga abbatem et conventum sancti Audoeni Rothomagensis.

Omnibus sancte Matris ecclesie filiis ad quos presens carta pervenerit, Robertus Bertran, salutem. Noverit universitas vestra quod ego dedi et concessi et presenta carta confirmavi ecclesie sancti Audoeni Rothomagensis pro salute [anime] mee et predecessorum meorum ea que Robertus Tortus et ejus uxor Susanna dederunt et concesserunt predicte ecclesie ad sustationem monachorum qui, apud sanctam Mariam de Bello Monte-in-Augia, auctoritate et dispensatione abbatis et conventus sancti Audoeni deservituri deputabantur, videlicet : ecclesiam sancte Marie de Bello Monte cum omnibus pertinentiis et presentationem ejusdem ecclesie, ecclesiam sancti Stephani de Tilleio et presentationem ejusdem ecclesie similiter ; ecclesiam sancti Georgi de Penna Pice, ecclesiam de Magnavilla similiter, et in eadem villa triginta acras terre ; duas garbas sancte Marie de Briancourt cujus presentatio michi et heredibus meis remanet ; et in eadem villa predictis monachis triginta acras terre ; ecclesiam sancte Marie de Ovitrot et presentationem ejusdem ecclesie, et in eadem villa triginta acras terre ; ecclesiam sancti Petri de Surteinvilla similiter, et in eadem villa triginta acras terre ; ecclesiam sancti Clodoardi similiter ; ecclesiam de Tourgisvilla similiter ; et in ecclesia sancti Stephani de Honeflue quatuor libras annuatim, cujus presentatio michi et heredibus meis remanet ; ecclesiam sancti Georgii de Flikeflue cum omnibus pertinentiis que ibidem possident ; ecclesiam sancte Marie de Veteri Herbertot similiter. Preterea dono et confirmo predicte ecclesie sancti Audoeni ad sustentationem monachorum qui apud sanctam Mariam de Bello Monte in Augia. Deo servituri deputantur, decimas de omnibus forestis meis et de pasnagiis, et in prefectura mea de Penna Pice quadraginta solidos, et in prefectura de Ronchevilla quadraginta solidos, et in censibus de Penna Pice decem solidos, et in prefectura de Honeflue octo libras, et de theloneo de Fausguernon decimam, et in granerio de Fausguernon tria sextaria avene, et pratum de Alinetis sicut dividitur, et unam fossam in Touca piscatoriam, et sallam de duabus fossis meis ; ibidem decimas de Bretheville et de Brinville et de Buschierville et de Noerolei et de Rotis et de Branville, sicut antecessores mei eas dederunt et prefati monachi eos possederunt ; et duas garbas sancti Johannis de Barnevilla et sancti Philliberti de Campis et sancti Renoberti de Fausguernon, quarum ecclesiarum presentationes ad me et heredes meos pertinent.

Dedi etiam duos vavassores eis Goscelinum et Osbernum. Et sciendum est quod capelle sancti Nicholai de Ronchevilla et sancti Renoberti de Fausguernon, michi remanent. Concessi etiam priori et monachis sancte Marie de Bella Monte, quod singulis diebus habeant in haya mea de Tilio duos equos ligna deferentes ad suum [manerium] ardere, ligna etiam ad edificia domus sancte Marie de Bello Monte, et ad molendinum faciendum, ad plaustrum et ad aratrum ; et insuper fagum unam ad Natalem Domini, unam ad Pascham, unam ad Assumptionem Beate Marie, unam ad festum Omnium Sanctorum ; et preterea decimam de Bernoubeth, et decimam molendini tanereth de Brikebeth, et decimam de nundinis sancti Pauli et Venoiz cum omnibus pertinentiis que de meo feodo sunt. Et ut supradicta, sicut ad me concessa sunt, robur perpetue firmitatis obtineant, presentem paginam sigilli mei munimine dignum duxi roborare. Anno Domini gratie M° CC° vicesimo primo.